



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 125. An exempti cleri secundarii diœcesis Leodiensis possint
vocare in jus suos debitores etiam exemptos coram Abbate S. Laurentii,
eorum conservatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO CXXV.

An exempti cleri secundarii diocesis Leodiensis possint vocare in jus suos debitores etiam exemptos coram Abbate S. Laurentii, eorum conservatore.

SUMMARIUM.

1. Retentione rei ad alium spectantis vis censetur inferri.
2. Ubi est casus legis, non est ulterius dubitandum.
3. Conservator est iudex primæ instantiæ.
4. Utile est exemptis quod in prima instantia conveniantur coram conservatore.
5. Exempti in Hispania, Francia, Belgio conveniuntur in prima instantia coram conservatore.
6. Exemptionum finis est ut quietius in majore libertate Deo inserviretur.
7. Conservatori jurisdictione in exemptos non auferi exemptorum exemptionem est num. 16.
8. Conservator non sua sed Pontificis jurisdictione utitur.
9. Conservatores non habent jurisdictionem Episcopalem.
10. Impugnantes exemptiones violant libertatem Ecclesiæ & censuras incurrunt.
11. Imperator non potest devogare exemptionibus & conservatoris Ecclesiasticis.
12. Molestia sunt duplices juris & facti.
13. Casus ommissus remanet in dispositione juris communis.
14. Exemptus potest exemptum convocare coram conservatore.
15. Verba generalia sunt magna efficacia.
16. Prejudicium non fit exemptionibus, nec etiam ordinariis, si exempti subint jurisdictioni conservatoris.
17. Correlatorum idem est iudicium.
18. Conservatoria respectu Pontificis est late interpretanda.
19. Creditores exempti & debitores exempti sunt correlativi.
20. Capitula qualem jurisdictionem habent in capitulares.
21. Capitula non habent cum conservatore jurisdictionem privatæ sed habere possunt accumulativè.

TALIS mihi occurrit hodie facti species: Dominus Joannes Canonicus S. Dionisii præcedens domum claustralem à Domino Natali ejusdem Ecclesiæ Canonico occupatam ad se pleno jure spectare, recurrit ad conservationem cleri secundarii, cujus jurisdictionem Natalis subterfugiens, conuenitur apud cleri secundarii deputatos ac etiam Concilium Serenissimi Ferdinandi

dinandi Episcopi & Principis nostri Leodiensis, penes quod est conservatoria Ca-
 sareorum privilegiorum, se in prima instantia coram conservatore iudice incom-
 petente evocari. In qua facti specie consultus respondi, Natalem temerè & sine
 aliquo iuris fundamento jurisdictionem conservatoris impugnare, multis equidem
 rationibus quae superius *quest. 117.* & hic recensentur.

Primo, quia secundum constitutionem Sixtinam officium conservatoris im-
 pecti potest ab exemptis adversus eos, qui gravamen vel molestiam ipsis im-
 ferunt & consequenter adversus Natalem, qui dicitur Domino Bistenio mole-
 stiam inferre, eumque turbare in iure domus claustralis, quam praetendit ad se
 pleno iure spectare. Per retentionem enim rei ad alium spectantis vis censetur
 in quod si promissum. Et proinde cum hic sit casus legis & privilegii expressus, non
 sit ulterius inquirendum, *Zasius conf. 14. nu. 17. Paris conf. 36. par. 3. glo. in lancia. C.*
de iuris

Secundo, communi classicorum doctorem calculo in hoc itum est, conserva-
 torem etiam in prima instantia de exemptorum causis civilibus atque pecuniariis
 posse cognoscere, *Emanuel Roderiq. questionum regularium 65. articulo 12. tom. 1.*
fol. 38 r. Navar. conf. 3. de offic. deleg. Gregorius Sayrus in floribus decisionum lib. 1. tit. 17.
de offic. deleg. dec. 1. Joannes Baptista Consetius de privilegiis ordinum par. 2. tit. 4. cap. 7.
de officio conservatoris fol. 350. Guido dec. 18.

Tertio, utile est exemptis, quod in prima instantia suas actiones tam activè quam
 passivè coram conservatoribus indigenis possint proponere, alioquin enim quavis
 ex causa litrem moturi Romam deberent excurrere, vel ex urbe delegatos sibi in
 patria iudicis postulare.

Indeque est, ut speciali Hispanorum, Francorum Belgarumque privilegio exempti
 in prima instantia non Romam evocari, sed in patria coram propriis iudicibus
 ordinatis (ut eorum sunt conservatores) debeant conveniri. *Renatus Choppin.*
de sacra potestate lib. 2. tit. 4. nu. 6. fol. 231. Navar. conf. 9. de privileg. nbi ostendi quid sit
ordinarius.

Neque reficari potest exemptionis privilegium futurum exemptis elusivum
 & inane, si liberati à jurisdictione ordinaria dicecesani recognoscere debeant
 conservatorem aliquem pro ordinario.

Etenim exemptionum pontificiarum origo & finis est, ut exempti ab oppres-
 sione & iugo dicecesani qui eis infertus esse consuevit liberati, quietius liberiusque
 divinae contemplationi vacent, *late Rebuffius resp. 142. Bald. conf. 337. vol. 4. Boer. de*
statu Eremitarum num. 6. Alandof. de signatura gratiae in exemptio. col. 2. § 3. DD. cap.
recolentes de statu Monachorum. Joannes Bacquet livre cinquieme de droit. du do-
naire de franco cap. 18 nu. 6.

7 A qua quidem contemplatione servitio que divino periculum non est, ut exempti per hanc conservatoris jurisdictionem avocentur. Quippe quod ea longe dissimilis & dispar à jurisdictione diœcesanorum ordinaria in suos subditos.

Conservatores enim jurisdictionem habent non propriam, qualis est diœcesani in suos subditos, sed aliam scilicet Apostolicam atque ad universitatem causarum delegatam, quæ licet eo nomine & respectu ordinariæ jurisdictioni acquiratur, *Fel. cap. qualiter & quando de accusat. Abb. cap. 1. & 9. de offic. del. Navar. conf. 3. de offic. del. Emanuel. Roder. d. ar. 16. quest. 65.* attamen in modo procedendi atque appellandi, jurisdictioni immediate à S. sede delegatæ par est & æqualis. *Card. Tuschus in com. conf. verb. conservator nu. 6. Anchar. conf. 32. Rufin. conf. 3. & 4. Mandos. de inhibitionib. quest. 4. nu. 10.* at vero jurisdictioni ordinariæ omnia dispar atque dissimilis. *Wames. conf. 463. de Regular. utpote quod conservator non sua jurisdictione sed Pontificis qui ei demandavit ut fungatur. l. si sit fidei vis.*

Deinde conservatores jurisdictionem quidem habent primæ instantiæ in exemptos, *Emanuel. Roder. Navar. fo. Baptista Confettus loco supra citato,* a vero Episcopalem seu diœcesanam jurisdictionem nevisquam, sed ab ea manent exemptim à lege diœcesana solebat emanare, *Rebuff. res. 143.*

Itaque Dominus Nicolaus Tabolet & cum eo Capitulum S. Dionisii reddendo se supplices concilio ordinario Cæsareorum privilegiorum conservatoris jurisdictionem que sui conservatoris multo per se eis præficiam atque etiam procedendi stilo commpendiosam oppugnando, non modò (quod Impp. Honorius & Theodosius edicunt) scripserunt. *in l. si pater in fin. C. de sponsalibus* laborant contra sua propria commoda, sed etiam impingunt in censuras, quam incurunt qui Ecclesiæ libertatem privilegiaque impugnant, *Card. cap. perpendimus de sent. excom. fo. Andr. cap. fin. col. fin. de immunit. Eccles. Rochus de Curte tract. de consuetudine nu. 457. Emanuel. Roderiq. in commpendio quest. reg. verb. communitio. in fine vers. Episcopi.* à quibus censuris ne quidem Dominus Joannes Bitenus immunis esset, si iudicio isti laico, quod ei coram concilio ordinario dicitur, acquiesceret, *Navar. conf. 1. nu. 81. quest. 42. de constit. dispositio loco à correlativis.*

Denique mandatum illud Concilii ordinarii per Capitulum S. Dionisii impetratum, nullius est roboris & momenti.

8 Quippe quod imperator qui istius conservatoris autor est, afficere nequeat jurisdictionem conservatoris Pontificiæ, ut nec res personæque hujus hypothecis Ecclesiasticas, *cap. verum cap. ben. cap. 1. Imperator dist. 46. cap. Ecclesia S. Mariae cap.*

cap. cum accessissent ubi DD. de const. Peckius cap. ea qua num. 5. de Reg. jur. in 6. Card. Mactia de tacitis & ambiguis conventionibus par. 1. lib. 4. tit. 19. num. 10. Emanuel. Rodriques quest. Reg. tom. 1. quest. 6. var. 12. fol. 383. Col. 2. & 3. uti ego supra fuisse ostendi.

Summa constitutio Sixti Papæ, qua Abbati S. Laurentii demandatur cognitio 12. quælibet molestiarum, etiam alia ex causa quam beneficiari comprehendit, uti generaliterque molestiæ spectem juris & facti, DD. l. 1. C. de nundinis uti in tractatu de advocatis ostendi.

Uti proinde cum ex narrativa mandati solet jurisdictio fundari, Gall. lib. 1. obs. 31. non possit non dici mandatum per Dominum Joannem Bultenium à consuetudine cleri secundarii impetratum ex narrativa illius molestiæ turbationisque esse fundatissimum.

Sed dubium movetur, num Sixtina illa constitutio etiam vires habeat in casu quo exempto sit adversus suam debitorem etiam exemptum judicialiter experientiam, arguiturque pro negativa parte Pontificem de hoc casu sigillatim non disposuisse, & proinde casum hunc omissum remansisse in dispositione juris communis, l. commodissimo ff. de liber & post. l. si post. dotem ff. sol. matr. quo privilegiatus contra privilegium suo uti non potest; DD. a. ubi. quas actiones C. de sacro Eccles. Franc. cap. 1. §. verum nu. 4. de jure par. in 6.

Sed dubium non est, quin hic casus sub conservatoria Sixti Pontificis qua 14. exemptis facultas concessa est quoscumque suos debitores qualicumque ex causa coram Abbate S. Laurentii eorum conservatore evocandi posse comprehendentem.

Ratio una sit, quia Pontifex utitur verbis illis generalissimis, nec non contra 15. quoscumque eorundem Decanorum, Capitularum, Canonicarum personarum & superiorum etiam alia quam beneficiarum Ecclesiasticorum ratione debitores, qua sunt magna emphasis, etque energæ, adeo ut in materia etiam stricta atque odiosa comprehendant omnem casum qui dici excogitative potuisset, Hieronymus Gonzales de mensib. & alternat. Episcopo glo. 9. nu. 24. & seqq. ubi id probat Hieronymus Gratus conf. 21. nu. 77 par. 2. August. Bero. familiarium quest. 56. num. 2. Josephus Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1271. nu. 45. late Anton. de Amat. dec. Marobii 104. nu. 52. & seqq. præsertim in locis legal. loco à generalitate & loco à subiecta materia, ut proinde in tam generali dispositione non possint non comprehendi etiam debitores exemptorum, qui etiam pariter exempti sunt, latissime Antonius Gomezus ad Reg. Cancell. tit. de infirmis resignant. quest. 5. fol. 73. idque non obstante quod idem Gomezus ibi subiciat theoriam hanc non habere locum quando dispositio respicit aliquam tarum universitatem. Tum propter emphasim dictæ generalitatis verborum quibus Pontifex utitur. Tum quia à subiecta materia

- ria hujus Sixtinæ illius verba interpretationem extensivam recipere debent & qualitate exemptiva eorum omnium, qui in genere & specie in ea enuntiantur, & debitorum in ea enuntiat non tantum intelligendi sunt de iis qui non sunt exempti, sed etiam de debitoribus exemptis, præcis loco à subiecta materia DD. cap. solita de major & obed. Calde. in. cons. 122. Tum quia obstat argumentum à rubro de quo late præles loca à rubro. Tum denique quod qualitas illa præcedens exemptionis concessa est repetita in omnibus aliis enuntiationibus; qualitas enim in genere conveniens pluribus, repetita in eadem oratione uni personæ, intelligitur etiam repetita in alia. Bart. & DD. l. Seja. §. Cajo. col. ult. ff. de fundo instr. leg. per. de fideicommiss. art. 25. nu. 29.
- ¶ 16 Signanter porro quod hoc sensu præjudicium jurisdictioni ordinariæ aut exemptionibus non fiat, manent enim hac interpretatione facta recta exemptionum privilegia respectu Diocesanorum, qui multifariam solebant exemptos gravare, uti sigillatim recenset Clemens V. Clem. frequens de excess. Prælatorum, sola jurisdictione contentiosa in conservatore translata, qui quidem non auctoritate Pontificia ordinaria de causis exemptorum civilibus cognoscit, sed auctoritate Pontificia conservatoria istius verba latissime in præjudicium jurisdictionis, quam Papa habet in exemptos, sunt interpretanda; l. beneficium ubi DD. ff. de cons. prin. cap. 3. de filiis preb. in 6. Abb. cap. olim nu. 7. de verb. sig. Castr. & DD. l. 2. C. de in. jur. vocato. do. Misio in repert. verb. privilegium principis.
- ¶ 17 Ratio altera sit desumpta ab argumento à correlativis. Constitutio enim illa ponens in uno ex correlativis, habent etiam locum in alio, late præles in locis leg. lib. loco à correlativis Joannes Baptista à S. Blasio in tract. de correlativis DD. l. fin. C. de indict. vid. toll. Gabriel. com. concl. lib. 6. de legibus concl. 3. etiam si constitutio esset particularis, stricta atque odiosa, Bald. l. fin. ff. de acceptil. præf. d. loco. & consequenter Sixtina constitutio sive conservatoria S. I. autentici disponens creditores exemptos posse debitorum suos in jus vocare coram conservatore, extendenda etiam est non modo ad debitores non exemptos, sed etiam ad debitores, qui pariter sunt exempti, idque quia hic non agitur de præjudicio jurisdictionis ordinariæ, sed abdicatione jurisdictionis Papæ in exemptos competentis, cujus respectu conservatoria est late interpretanda atque extendenda. d. l. beneficium ubi DD. & alii superius laudati.
- ¶ 19 Quin autem creditores exempti, de quibus in Sixtina constitutione sit mentio correlativi sunt debitorum etiam exemptorum, nemo credo dubitaverit, nisi qui Pirrohoi philosophastri sectator esse voluerit qui ut est apud Alciatum, l. certum ff. si cert. per. de omnibus dubitandum esse asserbar. Subiicitur & alia dubitatio exemptos cleri secundarii Diocesis Leodiensis immediate eorum

Capitulis veluti eorundem iudicibus subiacere, proinde conservatorem in iudicem recognoscere non posse.

Cuiusmodi postposita quaestione qualitates jurisdictionis quam de iure collegia habent in collegas exemptos, responderetur, primum exemptiones has esse ab omni jurisdictione ordinaria & extraordinaria, solum esse exceptam, qua est à Sede Speculatores exemptos alicui delegata, cap. si Abbatem de elect. in 6. ubi DD. Nihilominus Boer. de potest. legati à latere nu. 28. spec. de legato §. sequitur num. 13. vers. sed nunquam. VVamef. conf. 63. de iudicis tom. 1.

Et licet capitula, seu iure, seu praescriptione, seu Pontificia commissione specialis jurisdictionem quampiam habent in collegas, de quolite VVamef. conf. 63. de iudicis tom. 1. attamen ea jurisdictione non privative sed accumulative eis una cum conservatore competeret, cap. Pastoralis cap. irrefragabili ubi DD. de offic. ord. cap. 21. quia contingit de Ret. dom. Rom. conf. 393. Barth. l. i. ff. de officio pref. Orbis, ita ut utrumque praeventioni locus sit, quippe quod specialis iudicium uni competens, alterius universalis jurisdictioni derogare non solet. glo. & Angel. l. i. C. ubi & apud quem VVamef. conf. 63. num. 6. tom. 1. de iudicis cap. ut de bitus de appel. cap. 3. de offic. ord. Fel. cap. irrefragabili in pr. vers. declarata praedicta eod. tit.

QUAESTIO CENTESIMA VIGESIMA SEXTA.

Exempti an possint in prima instantia ab eorum creditoribus non exemptis conveniri.

SUMMARIUM.

1. Conservatores sunt ordinarii exemptorum.
2. Hispani, Galli, Belgae exempti, in prima instantia coram ordinariis conveniuntur.

Conservatores sunt iudices veluti ordinarii exemptorum ad universitatem causarum eorundem deputati, adeo quidem, ut conservatoribus postpositis in prima instantia Romae vel aliunde extra eorum domicilium evocari non possent, privilegium Hispaniae, Galliae, Belgii ostendit Renatus Chopinus quem laudavi superius. par. 1. schol. 184. & par. 2. quaest. 27. & 103. quibus in locis quaestioni huic respondi, ut nolim quod actum est agere, confirmarique eadem quaestiones possent ex eis quae praesens Everardi à ratione casus conversiva adfert in locis legibus loco à ratione casus conversiva.

Y

QVE.